DE OBSIGNATIONE RERVM LEGATI EIVSDEMQVE COMITATVS

Von Versiegelung derer Gesandschaftlichen Sachen.

CONSENSV
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
PRAESIDE
VIRO CONSVLTISSIMO ET AMPLISSIMO,
AFFINE PERDILECTO,

D. CAROLO FRIDERICO PAVLI,

IVRIS PVBLICI ET HISTORIARVM IN HAC ALMA FRIDERICIANA PROFESS. EXTRAORDINARIO, SOCIETATIS REG. TEVT. REGIOMONT. SODALI,

D. AVGVSTI CIↃIↃCCLI.

DISPVTABIT
AVCTOR ET RESPONDENS

FRIDERICVS GVILIELMVS WILD,
HALA MAGDEBVRGICVS.





HALAE, LITTERIS HENDELIANIS.



DISSERTATIO IVRIS GENTIVM

DE

OBSIGNATIONE RERVM LEGATI EIVSQVE COMITATVS.

§. I.



odo ad maiorem geſtis fidem conciliandam; *dein* ad ſolemnitatem implendam; *iam* ad plurium diſtinctionem & vnius adnotationem; *nunc* ad rei cuſtodiam *aliquid obſignamus, ac vltimo caſu* id fieri debet *vel* vt res nec auferatur, nec deterioretur, *vel* vt celentur ea, quorum aliis detrectamus notitiam. *Obſignatio vario peragitur fine.*

Schol. I. Cuſtodimus rem vel oculis, vel manibus; his, ne auferatur, vel deterioretur res, illis, ne propalentur & innoteſcant, quae, vt celentur, habemus. De cuſtodia optime quidem egit *Conſultiſſimus* NETTELBLADT, *Praeceptor*

ceptor deuenerandus, Tract. *de Deposito irregul. Cap. I. §. I.* ita tamen, vt, finem suum attendens, de custodia manibus facta solummodo tractauerit.

SCHOL. II. Sic e. g. 1) Testimonio tuo scripto imponis sigillum, vt eidem maior attribuatur fides, ac in scripti pede verba annectis: *des zu mehrerer Vrkund habe ich dieses mit meinem Insiegel bedruckt:* 2) Testamento solemni non septem testium nomina tantum subscribenda, sed eorum quoque sigilla solemnitatis ergo sunt apponenda. 3) Pileum in taberna ex pluribus lectum, emtum sigillo annotas, ne aliud indiuiduum, seu, vt cum schola loquar, species alia lecto tuo pileo supponatur. 4) Testamentum iudici oblatum sigillo munitur, & litterae ad alium conscriptae sigillo obsignantur, vt, quae scripta sunt, celentur iis, quorum non interest, vt de scriptorum contentis vel plane vel pro nunc informentur. 5) Relictas denique demortuorum res, res obaeratorum obsignantur, ne expilentur, subducantur, ac deteriorentur. De vario hoc obsignationis fine lautiori filo egit *Theod.* HOLPINGK *de sigillorum prisco & nouo iure* cap. 10. §. 2. p. 213.

§. II.

Ac varias habet species. Quod vero nostrum sit obiectum?

Obsignationis species est *iudicialis*, quae fit a iudice in bonis vel *personarum priuatarum*, vel *personarum publicarum*: has inter *legati* numerandi, ac *de obsignatione iudiciali bonorum legati* agere plura nostrum est intentum.

SCHOL. I. Methodi leges transgredi vereor, si, quid sit obsignatio, quae eius species, quid persona priuata, publica, legatus trita tironibus iurisprudentiae eruere vellem.

SCHOL. II. Nullum fere iurisprudentiae, praesertim priuatae, tibi concipies thema, quod non toties totiesque ab aliis aliisque sit pertractatum. De obsignatione vero iudiciali,

diciali, nisi omnia me fugent, vnicam sane sed praeclarissimam habemus tractationem. Omnibus enim in hac materia palmam praeripuit *Fridericianae Director*, *Praeceptor summopere colendus*, *Illustris* KNORRE speciali Dissertatione *de obsignatione iudiciali*, cuius *altera nobis* ad manus *editio*. Patet vero ex eiusdem §. 10. cap. I. p. 14. *Viri Illustris* intentionem fuisse, de obsignatione iudiciali priuatorum tantum disserere, *Academiae Decus*, „Antequam, ait, huic capiti colophonem imponamus, sicco pede non est praetereundum, inter illustres „saepe motas fuisse lites de obsignandi iure - - - nos autem in praesenti hanc litem nostram non facimus. Quae cum ita sint, quod in rubro notauimus, prolixius pertractare apud nos constituimus.

§. III.

Inter Europaeas obtinet gentes, legatum extraterritorialitate gaudere, ideoque genti, ad quam missus, nec in personam, nec comitatum, nec vasa legati competere iurisdictionem.

Legatus extraterritorialitate & immunitate a iurisdictione ad quem missus gaudet.

Iuris gentium consuetudinarii legatorum extraterritorialitatem esse, historicum thema, exinde probandum, quia ad hanc prouocarunt & prouocant gentes. Foederati Belgii prouinciae, (*in der Staats Cantzley* Th. 45. p. 562.) „Est, dicunt, d'une „notorieté publique, qu'il est établie par le Droit de „Gens, & par l'usage reçu de toutes les nations, que „les Ministres revetus d'un Caractere public, ne sont „sujets à aucune autre Jurisdiction, qu'à celle de „leur propre souverains. „ Sufficiat proinde litem revocare in memoriam inter Portugalliae & Hispaniae reges ob violatam legatorum extraterritoriali-

tatem anno 1737. subortam, cui plures enumerare spatium prohibet. *Quod erat primum.*

Cum vero extraterritorialitas sit ius, quo legati cum suo comitatu & vasis finguntur extra territorium commorari, & aedes, quas inhabitant, extra territorium sitae, necessarium huius fictionis consequens est, absentia iurisdictionis gentis, ad quam missus legatus, in legati personam, comitatum & vasa. *Quod erat alterum.*

Schol. Omnes fere, paucis exceptis, me quidem sciente, Iuris Gentium Doctores consentiunt in eo, quod competat legatis extraterritorialitas, licet dissentiant, vtrum tantum iure gentium positiuo, an & iure gentium naturali. Hoc *Perillustris L. B. ab* ICKSTATT *Elementis Iur. Gent.* L. V. c. 5. p. 502. sq. illud *Philosophiae Heros, Fridericianae Cancellarius, Perillustris L. B. de* WOLFF defendit *Iure Gentium* §. 1059. sqq. cui subscribere nobis decus sit ac gloria. Praeprimis lectu digna sunt, quae in Scholio §. 1068. hac de re continentur. Controuersiam hanc & varias variorum cogitationes de legatorum immunitatis fundamento ex professo ventilat SCHMID *de Iure atque limitibus inuiolabilitatis legati hostilis* per tot. Sect. I. & *Illustris de* COCCEII *de legato sancto, non impuni.* §. 7–10.

§. IV.

Sed non, nisi litteras credentiales obtulerit.

Qui litteras credentiales vel nullas aut non iustas habet, vel genti, ad quam missus, easdem non profert, a iurisdictione gentis, ad quam missus, non est immunis.

Litteris credentialibus instructus sit legatus, ius gentium naturale desiderat, (L. B. *de* WOLFF. *Ius Gent.* §. 1067. L. B. *ab* ICKSTATT l. c. Lib. V. c. 4.

c. 4. §. 12. corol. 1. p. 501. & *Illustris* ESTOR schedium *de iure poscendi litteras, quos vocant, credentiales a legatis.*) Hinc, qui eas vel nullas aut non iustas, habet, vel non profert, legatus non est habendus, sicque tali nec iura legatorum, quale est extraterritorialitas, (§. III.) competere possunt. Quae quum sit fundamentum, cur genti, ad quam missus, iurisdictio in legati personam, comitatum, & vasa non competat (§. III.) nostra thesis in aprico.

§. V.

Nec aliam personam induat.

Legatus praeter hanc suam personam moralem aliam induens, quoad hanc aliam a iurisdictione gentis, ad quam missus, liber non est.

Gentes legato extraterritorialitatem non, nisi vt legato concessere, hinc praeter legati aliam si induit personam, quoad hanc legatorum iuribus, sic neque extraterritorialitate, neque immunitate a iurisdictione gentis, ad quam missus, gaudet.

SCHOL. I. Obsignationem iudicialem actum iurisdictionis esse & ex natura iurisdictionis sequi, nemo ICtorum, nisi, sed male, de BERGER *in succinctis animaduersionibus ad Cocceii Iur. Publ. prud.* p. 165. negauit: „Dum, inquiens, bona legati defuncti obsignantur, neque persona „huius, vt puta quae non amplius in viuis, neque Princeps, a quo missus, iurisdictioni quasi subiicitur, tantum „is totius negotii effectus deprehenditur, vt securitas haereditatis, & imprimis actorum, aliorumque scriptorum „integra praestetur.„ Omnia enim, quae iudex vt talis peragit, vi iurisdictionis sibi demandatae agit.

§. VI.

§. VI.

Is ad quem missus legatus res legati non obsignat.

Gens, ad quam legatus missus, nullo casu eiusdem bona vel bona eiusdem comitatus iure suo iudicialiter obsignare potest, si credentiales suas protulit, ac aliam personam non induit.

Obsignatio iudicialis est actus iurisdictionis, (Schol. §. V.) cuius vero respectu gentis, ad quam missus, legatus est expers; (§. III.) Non vero is, qui litteras, credentiales vel non habet, vel non profert, neque qui praeter legati aliam induit personam. (§. IV. V.) Deficiente vero fundamento deficit, quod ob fundamentum est, nostra hinc propositio dubiis nullis subiacet.

Schol. II. Notatu dignissimum, & vt adnectatur est, *Pro Memoria, Presenté à la Cour Imperiale, par Monsieur Hamel Bruyninck, Ministre Resident & Envoyé Extraordinaire à la Cour de Sa Majesté Imperiale, concernant la pretendüe Scelure de la part de l'Office du Marechall de la Cour, des Ecritures, Papiers, & d'autres Effets dans les maisons des ministres derivants des Puissances Souveraines* &c. Leurs Hautes Puissances les Etats Generaux des Provinces Unies des Pays-Bas ayant meurement consideré les contestations arriveés plusieurs fois à Vienne, au sujet de la pretendüe scelure de la part de l'office du Marechal de la Cour des écritures, papiers & autres effets dans les maisons des ministres devants des Puissanees Souveraines, les-quelles avoient eu l'honneur de resider auprés de Sa Majesté Imperiale comm' aussi à l'occasion de la mort de leurs femmes ou autres domestiques, & ne sachant pas, comment interpretes dérel acts, non seulement sans y avoir été preablement requis, mais même contre l'aveu de leurs Souverains & malgré les ministres, leurs héretiers ou principaux survivants de leurs

leurs familles, les quelles naturellement doivent demeurer reponſables des papiers & des effets, qui ſe trouvent dans la maiſon mortuaire. Lesqueles Actes par conſequent ſont tout à fait reſſemblants à une jurisdiction, que le ſusdit departement du Marechal de la Cour voudroit s'arroger ſur les perſonnes & maiſons des Miniſtres étrangers, a lequel L. H. P. ſont d'opinion de ne pouvoir pas luy apartenir d'autant, qu'il eſt d'une notorieté publique, qu'il eſt étáblie par le Droit de Gens, & par l'uſáge reçu de toutes les nations, que les miniſtres revetus d'un Caractere public, ne ſont ſujets à aucune autre Jurisdictiou, qu'à celle de leur propre ſouverain, à moins, que comme Acteurs, ils n'ayent beſoin d'avoir recours à la protection & à la juſtice du Souverain, auprés du quel ils Reſident, & de s'y ſoumettre volontairement dans les cauſes civiles, ou leurs domeſtiques, en les congediant & extradant s'ils ſe trouvent à propos, à fin de ne pas troubler l'ordre du gouvernement & de la juſtice au Souverain, auprés du quel ils ſe trouvent de ſe plaindre, & demander ſatisfaction à leurs Maitres de la conduite de Miniſtres, au cas qu'ils viennent à manquer eux mêmes. Les ſusdits Etats Generaux ſou-haitants de prévenir tous les inconveniens déja reſultés des procedures ci-devant allegueés de l'office du Marechal de la Cour & autres qui en pourroient nâitre encore, comm' auſſi d'éviter ſoigneuſement tout ſujet de deplaiſir, qu'en pourroit concevoir Sa Majeſté Imperiale pour laquelle L. H. P. ont toute la Veneration imaginable ont jugé à propos & neceſſaire de preſcrire une regle & methode, tout à leur Miniſtre & Envoyé Extraordinaire ſouſſigné Reſident actuellement auprés de ſa dité Majeſté a Vienne, qu'à ſes héretiers & Domeſtiques, à la quelle ils auront à ſe confirmer, comm' auſſi en tems & lieu ſes ſucceſſeurs dans le même & pareil employ' à cette Cour, au cas de leur

 deces,

decés, & de le pour voir en même têms d'un acte ſpeciale d'authoriſation pour cet effet, dont la Copie fidelement traduite de l'Hollandois ſe trouve à-jointe, & au contenu de la quelle on ſe rapporte pour plus grande brieveté. Les Etats Generaux eſperants, que Sa Majeſté Imperiale voudra bien aggrêer leur bonne intention, & approuver leur diſpoſition ſusdite, ſans permettre qu'il y ſoit porte aucun empechement, ou ſi contre toute attente il arrivoit, qu'en ce cas, ou autre on vouloit proceder à l'egard de leur Miniſtre à Vienne, autrement & hors des côutumes reçuës ailleurs & pratiqueés ches eux, que Sa dite Majeſté ſuivant ſon equité ordinaire ne voudra pas prendre en mauvaiſe part ſi L. H. P. auprés cela viennent à agir en pareil cas, tout de même envers ſes Miniſtres, qui ſe trouvent a Leur Cour, comme l'on en aura uſé en ce cas, & d'autres envers ceux, qui ont l'honneur de reſider de leur part à la Sienne &c.

SCHOL. III. Facile vides, quae noſtra ſit mens de obſignatione bonorum legati ob delictum in territorio gentis, ad quam miſſus perpetrato. Quodſi enim tale delictum, ob quod fiſco adiudicantur bona, aut ſi legatus propter delictum haud leuius eſt fugitiuus, qui ſunt caſus, quibus tantum delinquentium bona obſignantur, *Illuſtr.* KNORRE loc. cit. c. 4 §. 41. ſqq. gentes plerumque mittenti poenam committere ſolent *Perilluſtr. ab* ICKSTATT loc. cit. L. V. c. 5. p. 514-516. Famoſum legati delinquentis & fugitiui habes exemplum, Carolum Procopium Principem de Ligne, Marchionem des Arronches, Portugalliae ad Divum Leopoldum Imperatorem legatum, Viennae Comitem de Hallweil interficientem ac fugam capeſſentem; Plura exempla ex WICQVEFORTIO aliisque allegant *die Neueſte Reichs-Handlungen auf Ableben Käyſer Carl VII.* T. I. p. 547. ſqq. Praeprimis vero de legato delinquenti agit *Illuſtr. de* COCCEIVS *de legato ſancto, non impuni* c. 2.

c. 2. *de* BRENLÈS *de exemtione legatorum a foro criminali eius, ad quem missi sunt*, BYNKERSHOECK *de foro legatorum*, & ANONYM. (Glafey) *de iussu Gyllenborgii & Görtzii Suecia legatorum arresto.*

SCHOL. IV. Aliud dicendum de obsignatione rerum quae personam legati qua talis non tangunt, vtut si legatus mercaturam exercet eius, merces ab obsignatione eius ad quem missus non sunt immunes.

§. VII.

Quod non dicendum de obsignatione rerum legati per territorium eius iter faciens ad quem missus non est.

Legatus per territorium gentis, ad quam missus non est, iter faciens, in eo extraterritorialitate non gaudet, nec a iurisdictione eiusdem gentis neque ab obsignatione eiusdem immunis est, nisi immunitatis ab eodem comparauit litteras.

Gaudet legatus extraterritorialitate iure gentium positiuo seu pactitio (§. III.) hinc cum neque pacto expresso neque tacito inter gentes, legatis territorium transeuntibus extraterritorialitas concessa, (affirmanti enim incumbit probatio,) nec haec nec immunitas a iurisdictione ac obsignatione eisdem competit. *Q. E. primum.*

Ast cum quod non habet speciali pacto acquirere possit legatus nullum sit dubium, consequens est iuribus allegatis gaudere legatum, si a gente, cuius territorium transit, immunitatis litteras sibi comparauit. *Q. E. secundum.*

SCHOL. GROTIVS de *J. B. & P.* Lib. II. c. 18. §. 5. n. 1. edit. *Gronov.* p. 331. non pertinet, ait, haec lex (de vi, legatis non inferenda,) ad eos, per quorum fines non accepta venia transeunt legati. STIEV. *Hof-Ceremoniel* p. 207. Mota quaestio haec ab vtraque parte multis argumentis, cum Belle-Isle Dux an. 1744 Elbingeroda captus fuerit. Nostram

ſtram ſententiam vberius defendit *die Neueſte Staats-Geſchichte nach dem Ableben Kayſer Carl VII.* 1. B. ſect. 25. p. 537. Contrariam defenſam legas ibid. ſect. 7. p. 122. 129. ſq.

§. VIII.

Legatus obſignat res ſui comitatus.

Iure poſitiuo gentium legato in territorio gentis, ad quam miſſus, in ſui comitatus perſonas competit iurisdictio, hinc & bonorum earundem obſignatio.

Legati comitatus ex legati ſui extraterritorialitate a iurisdictione gentis, vbi commoratur, immunis, hinc legato, ceu ſuperiori ſubeſt, eiusque iurisdictionem in omnibus agnoſcere obſtrictus, a quo & obſignatio rerum comitatus facienda, cum obſignatio actus ſit iurisdictionis.

SCHOL. I. Eandem demonſtrationem nectit *Perilluſtr.* L. B. *ab* ICKSTATT l. c. L. V. c. 5. §. 14. Coroll. 1. p. 518. Hinc legatus Danicus dicit *in der Staats-Cantzley* Th. 45. p. 584. *daß mir die einem Geſandten zukommende Iurisdiction über meine Bediente nicht würde diſputirt werden; ich auch ſelbige zu mainteniren nicht ermangeln wolte.* & p. 585. *So wenig nun dem Reichs-Hofrath (Bode) unbewuſt ſeyn kan, daß er - - nicht meinen Bedienten arreſtiren zu laſſen, und dadurch iura legatorum, und die ihnen über ihre Bediente zuſtehende Iurisdiction zu infringiren befugt geweſen* &c. Eodem ore loquitur legatus Suecicus *in der Staats-Cantzley* T. 44. p. 615. „Mais en echange nous „attendons de l'Equité de S. M. I. que ſuivant ce qui ſe pratique dans toutes nos Cours a l'Egard des domeſtiques „de ſes Miniſtres, Elle ne permettra pas, qu'aucun de ſes „tribunaux puiſſe s'arroger aucune juriſdiction perſonelle „ſur ceux des Miniſtres etrangers.„ Lis haec praeprimis Viennae ventilata. Supremus nimirum Aulae Marechallus iurisdictionem in legatorum comitatum ſibi vindicare voluit. conf. *Staats-Cantzley* Th. 44. p. 621. Le Comte de

de Sinzendorff repondit, qu'on ne pretendoit pas par là établir quelque nouvelle jurisdiction, ils s'étonnoit, que les Ministres depuis quelques anneés commencoient à faire de difficultes touchant la jurisdiction du *Hof-Marschall-Amt*, laquelle étoit en usage depuis long tems, & quis certenement ne serois pas changée a cette heure, -- A ceci je luy repondit, que j'avois bien appres ici, que depuis tout têms le *Hof-Marschall-Amt* avoit voulû tirer les Ministres sous sa jurisdiction sans qu'on voulut le nommer ainsi, mais qu'encore aucun Ministre sur tout ceux hors de l'Empire avoit voulû s'y soûmetre &c. Confer CARMON *de Iurisdictione in legatos, eorumque comites* §. 26.

SCHOL. II. Quae de legato (Schol. IV. §. IV.) diximus, valent etiam de eiusdem comitatu, inde *Perillustr. ab* ICKSTATT l. c. L. V. c. 5. §. 14 in Schol. suadet p. 519. ne facile indigenae in legationis comites admittantur.

§. IX.

Res legati duplicis sunt generis, 1. *principales*, seu legationem ipsam concernentes, 2. *minus principales*, seu res legati priuatae. Ad illas vero in obsignatione potissimum spectandum. *Res legati sunt vel principales vel minus principales.*

SCHOL. Sic dona gentis ad gentem nondum per legatum tradita, scriptaque publica, ad res legati principales pertinent; reliquae vero patrimonium legati facientes, res legati erunt minus principales.

§. X.

Ipse legatus agnoscit iurisdictionem mittentis, hinc & omnis obsignatio rerum eiusdem per eos fieri debet, quibus mittens eandem committit. *Legati res obsignandae per eum quibus mittens id committit.*

Legatus subditus est mittentis, nec iurisdictioni eius, adquem mittitur, per legationem subiicitur, si credentiales obtulit ac aliam personam simul haud

ſuſtinet, §. III--VI. hinc, cum nullum mutationis fundamentum adſit, permanet ſub mittentis iurisdictione. *Quod E. primum.*

Iurisdictionis obſignatio iudicialis effectus eſt, hinc cum per modo dicta mittens in legatum habeat iurisdictionem, a mittentis voluntate dependere neceſſe eſt, a quo obſignatio facienda. *Quod E. ſecundum.*

SCHOL. I. Negarunt hanc iurisdictionem mittentis *de* MARSELAER *in legato*, *de* COCCEIVS *in binis Diſſert. de legato ſancto non impuni*, *&* *de fundata in territorio*, *&* *plur. loc. concurr. poteſtate*, FRANCKENSTEIN *de Iure legatorum dubio*, & *de* SCHARDEN *de Iuribus & iudice competente legatorum.* Alia eſt quaeſtio de legato non ex mittentis ſed alieno imperio conſtituto conf. BYNKERSHOECK l. c. c. XII. p. 86. ſed & hunc iurisdictione mittentis ſubeſſe in cauſſis legationem concernentibus noſtra eſt ſententia; legeſis TREVER *de iure ſtat. Imp. circa legal. exter. in comitiis* c. III. §. 7. p. 62. 63.

SCHOL. II. Reliqua legationum iura recenſere, noſtrum non eſt; legat qui vult, quae HOTTOMANNVS, BESOLDVS, PASCHALIVS, ZOVCHAEVS, *de* VERA, GENTILIS, *le* VAYER, WICQVEFORT, LETI, WALSINGHAM, CALLIERES, A LVDEWIG, BÖHMER, BRVNNEMANN aliique de legatis, legationibus eorumque iuribus ſcripſere.

§. XI.

Et quidem conſenſu tam vero ſive ſit expreſſus ſive tacitus, tam praeſumto.

Cum omnis conſenſus ſit vel verus, vel praeſumtus, is vero vel expreſſus, vel tacitus, (Conſultiſſ. NETTELBLADT. *Syſtema Element. Iurisprud. Naturalis* T. I. Tit. 7. §. 4.) & obſignatio rerum legati ex voluntate ac conſenſu mittentis dependeat. (§. X.) *mittens obſignationem rerum legati committere*

tere poteſt & demandare vel conſenſu vero, vel praeſumto, ac in priori caſu vel expreſſo vel tacito.

SCHOL. TREVER de *Iure ſtatuum Imperii circa legatos exteros in comitiis* p. 98. ad omnem conſenſum prouocat legati, ſeu vt potius prouocare debuiſſet, ad omnem conſenſum mittentis.

§. XII.

Cum conſenſus verus expreſſus excludat tacitum & praeſumtum, (Conſultiſſ. NETTELBLADT l. c. T. I. tit. 1. §. 16.) ac mittens alicui expreſſe obſignationem rerum legati committit, *cui obſignatio expreſſe commiſſa, excludit omnes alios.* *Ita tamen vt obſignando qui expreſſo mittentis conſenſu conſtitutus excludas reliquos.*

SCHOL. I. Poteſt obſignatio committi tam mittentis ſubdito, quam extraneo, vtut alius reipublicae legato, immo etiam ei, ad quem legatus miſſus, hincque legatus Suecicus *in der Staats-Cantzley* Th. 44. p. 619. Ajoûtant que ſe ne pouvois ici reconnoître aucune jurisdiction ni ſur moini ſur mes gens, tant qu'i n'y avoit rien de reglé ſur ce chapitre par nos maitres. *De* BERGER loc. cit. p. 163. idem reſpicit, aiens: Vbi monendum adhuc, conſultum eſſe, vt omnis litis evitandae gratia certa ineatur conuentio.

SCHOL. II. Facile hinc concludere potes, in caſibus, quibus periculum in mora nullum adhaeret, ſemper exſpectari debere expreſſam iuſſionem mittentis.

SCHOL. III. Egregium quoddam exemplar voluntatis expreſſae de obſignatione rerum legati habes *in der Staats-Cantzley* Th. 45. p. 566. *Traduction de l'Hollandois du pouvoir & de l'authoriſation ſpeciale donné par L. H. P. les Etats Generaux des Provinces unies des Pays Bas, à leur Miniſtre & Envoyé Extraordinaire à la Cour Imperiale à Vienne.* Les Etats Generaux des Provinces unies à tous ceux, qui verront où entendront lire celle-ici, ſalut:

ſalut: Comme nous voudrions bien prevenir tous les inconveniens, qui pourroient naître, en têms, & lieu, au ſujet de la ſcelure, & ſeureté des écritures, papiers & effects de Nôtre Miniſtre Reſident preſentement à la Cour de Sa Majeſté Imperiale en qualité de nôtre Envoyè Extraordinaire, le Sieur Hamel Bruyninck au cas qu'il y vient à decede, ce que nous eſperons, qu'il n'arrivera pas de long têms. Nous avons autoriſé le ſus dit Sieur Hamel Bruyninck, comme nous l'autoriſons en vertu de celle-ci, de pouvoir nommer & ordonner quelqu'un de ſes héretiens, ſon ſecretaire ou autre des plus affidés de ſes domeſtiques, le quel Nous qualifions des à preſent pour pouvoir en tel Cas de mort inopinée, ſceler, prendre, & conſerver en sûre & bonne garde, tous les Principaux effets, que le dit Sieur Hamel Bruyninck laiſſera, & entre ceux-là particulierement les Ecritures & Papiers, qui concernent nôtre Etat, & ſa ſusdite Commiſſion, iusqu'à notre ulterieure diſpoſition, laiſſant à celle des heretiers ce, qui regarde ſes propres effets, & cela avec excluſion de tout autre. L'heretier ſecretaire ou autre domeſtique affidé, que le ſusdit Sieur Hamel Bruyninck aura nommée, & commis pour cela, ou bien au Cas de decés ſubites, avant que d'avoir nommé & ordonné quelqu'un pour cet effet, le chef de ſa famille, qu'il laiſſera & le quel nous qualifions par celle-ci pour cela, pourra requerir encore un Miniſtre, ou deux des Puiſſances, avec les quelles nous vivons en bonne intelligance, de vouloir bien aſſiſter & la ſcelure, & d'y appoſer ou faire appoſer auſſi leur ſigille pour plus grande ſeureté pouvant même s'il le trouve bon, requerir encore à cet effet, quelqu'autre Perſonne de Confiance, laquelle s'y pourroit trouver employeé dans des affaires particulieres de l'Etat le tout avec l'excluſion de quelconqu'autre Jurisdiction & conſequence &c.

§. XIII.

§. XIII.

Quodsi mittens obsignationem rerum legati expediendam nemini expresse commiserit, ex eius consensu tacito is obsignationem peragere obligatus, qui, praeter istum legatum, cuius res obsignandae, ad negotia quaedam mittentis peragenda ibidem commoratur.

Tacito mittentis consensu obsignat res legati alius qui ad negotia mittentis peragenda in loco obsignationis commoratur.

Omnes, qui ad negotia peragenda, a gente ad gentem mittuntur, iuramento obstricti sunt, se velle: mittentis commodum promouere, damna vero auertere. Verum enim vero cum ex intermissione obsignationis rerum legati maxime principalium damnum sentire possit mittens, non tantum hi, ex suo iuramento ad obsignationem faciendam sunt obstricti, sed & ex eo, quod mittens iuramento tali eosdem sibi obstringit, factum edidit, ex quo voluntas mittentis colligere fas est, se velle, ut hi obsignationem peragant. Consensus vero ex facto quodam conclusus dicitur tacitus, (vid. Consultiss. NETTELBLADT T. I. tit. I. §. 4.) hinc nostram thesin demonstratam duximus.

SCHOL. I. Saepe saepius contingit, ad vnam gentem vno plures mitti legatos ab eodem, vel eiusdem vel diuersi ordinis, ad idem vel diuersa negotia, qui omnes mittendi iuramento obstricti sunt. De variis legatorum generibus legesis DITHMAR *de legatis primi & secundi ordinis*, DORN *de eo, quod iustum circa legationes assiduas*, MÜLLER *de legatis primi ordinis.* Iuramento vero mittenti obstricti olim dicebantur *Vergläubete* vti, *quem non sine veneratione nominamus*, *Consultiss.* LENZ pluribus docuit *in denen Braunschweigischen wöchentlichen*

Anzeigen de 1751. 38. St. n. 2. *Was ein würcklich verglübteter Rath sey.*

Schol. II. Dari in hac obligatione gradus, facile vides, sic *ad idem negotiorum genus* peragendum cum eo missus, cuius res obsignandae, omnes reliquos obligatione superat; legatus excludit hinc agentem, illo enim negotia publica, huic priuata commissa. *Ad idem negotium* cum eo missus, cuius res obsignandae obligatione superat, eum qui ad idem negotiorum genus missus, sic alter legatus extraordinarius ad pacem conciliandam missus ad obsignationem rerum collegae magis quam legatus assiduus in loco pacificationis residens obligatus. *Si plures ad vnicum missi negotium* omnes obsignant res collegae reliqui nisi sibi invicem sint substituti.

§. XIIII.

Tacito consensu obsignat qui mittenti ad rationes de rebus legati reddendas obligatus.

Quicunque ad rationes reddendas de bonis legati mittenti obligatus, obligatus etiam ad eiusdem bonorum obsignationem consensu mittentis tacito, quamuis fidelitatis iuramento eidem non sit obstrictus.

Mittens exinde quod aliquem ad rationes reddendas bonorum obligat, declarat, se velle, vt talis omnem curam gerat, ut bona ea custodiantur: ad custodiam vero facit obsignatio: (§. I. II. IX.) hinc vides, eum ad obsignationem rerum legati ex voluntate mittentis tacita obligatum esse, qui ad rationes de ipsius bonis reddendas est obligatus.

§. XV.

Quinam ad rationes reddendas obligati sint?

Ad rationes reddendas obligatus est vidua, heredes, famulitium: *hinc §. XIII. hi omnes ex tacita mittentis voluntate ad obsignationem rerum legati sunt obligati.*

Schol.

SCHOL. Eodem modo de his *Foederatae Belgii Prouinciae* concludunt in *instrumento* (§. 6. Schol. II.) adducto dicentes: les Ministres, leurs heretiers ou principaux survivants de leurs familles, les quelles naturellement doivent demeurer reponsables des papiers & des effets, qui se trouvent dans la maison mortuaire.

§. XVI.

Voluntas mittentis de legati rerum obsignatione per eum facienda, ad quem missus, nunquam praesumitur.

Voluntas mittentis non praesumi potest vt obsignet ad quem legatus missus.

Is, ad quem legatus missus si obsignaret, non ius solum sibi contra mittentis iura arrogare, sed & mittenti occasionem dare posset, conquerendi, sibi damnosam esse posse talem obsignationem, quae facienda tam oculis quam manibus (§. I.). Cum igitur ex obsignatione per eum ad quem missus legatus, facta, mittens damnum sentire queat, damna vero & incommodum velle nemo praesumatur, vides, cur praesumi non possit, velle mittentem, vt obsignet is, ad quem legatus missus.

SCHOL. I. Dubium quidem de BERGER *in Succinct. Animad. ad Cocceii Iuris Publ. Prudent.* p. 165. nectit: aiens: „Dum „bona legati defuncti obsignantur, neque persona huius, „vt puta, quae non amplius in viuis, neque Princeps a „quo missus, iurisdictioni quasi subiicitur, tantum is to„tius negotii effectus deprehenditur, vt securitas haere„ditatis, & inprimis actorum aliorumque scriptorum in„tegra praestetur.„ Verum enim vero 1) plures dantur obsignationis rerum legati casus, quam si legatus animam efflauit, (*Illustr.* KNORRE l. c. c. 3. 4. 5.) dein 2) per modo

tra BERGERVM bellauit TREVER *de Iure Statuum Imperii circa legatos exteros in Comitiis* cap. 5. §. 8. p. 96. Officia, dicens, humanitatis & beneficia, liberis gentibus earumque legatis non debent obtrudi. Alias enim titulo maioris securitatis, actiones legatorum magis circumscribi, eorumque iuribus quauis forte specie inferri possent iniuriae. Non est praeterea par, inuitis legatis & gentibus beneficium exhibere. Libertas enim eorum id siue accipiendi siue detrectandi hoc modo laederetur, quod vnice in illorum situm est potestate. Neque id necessitas requirit &c. Iisdem fere verbis vsus est ex TREVERO, CARMON *de iurisdictione in legatos eorumque comites.* §. 43.

SCHOL. II. Facile ex dictis patet, *non nisi praeeunte vera mittentis voluntate obsignationem rerum legati fieri per eum, ad quem missus.* De expressa nullum esse dubium certissime constat. Sed & tacita nonnunquam adesse potest voluntas mittentis v. g. si mittens ei, ad quem missus legatus, suum commiserit sigillum; vel, si de legati sui lethali morbo certior redditus, ex eo, ad quem missus, petit mittens, vt rebus suis prospiciat, nulla mentione expressa de obsignatione interposita.

§ XVII.

Voluntas mittentis praesumitur vt obsignet is cui legatus moribundus id commiserit.

Mittentis voluntas de obsignatione rerum legati facienda per eum, cui legatus moriens id commisit, praesumitur.

Mittens singularem fidem attribuit ei, cui negotia sua pertractanda committit, immo, quae hic aget, sibi placere pronunciat: Quodsi ergo legatus moriens alicui obsignationem rerum suarum committit, id ex voluntate mittentis fieri praesumi potest.

SCHOL. March. de Maulevrier Galliae legatus ad Ducem Parm. & Plac. haec commisit moribundus Legato Regis Hispaniae *Hällische Zeitungen* de 1750. n. 204. p. 820.

§. XVIII.

§. XVIII.

Praesumitur consensus mittentis de obsignatione rerum legati suscipienda, per legatum alterius Reipublicae foederatae, & quacum singularem alit amicitiam mittens.

Voluntas mittentis praesumitur vt obsignet legatus alterius reipublicae foederatae.

De republica foederata & quacum singularem amicitiam alit mittens sperare potest, quod ea omnia faciet, quae sine suo detrimento ad commodum mittentis vergit, hinc & de talis Reipublicae legato, quia legatus semper ex intentione sui mittentis agere creditur. Hinc nec ex obsignatione rerum legati per legatum reipublicae foederatae facienda damnum mittenti est metuendum. Contra ex intermissione obsignationis damni aliquid sentire potest mittens, quod vt auertatur omnia amplecti mittens praesumitur media, quale est si fit obsignatio per legatum reipublicae foederatae & quacum mittens singularem alit amicitiam, hinc dubium non est, quin voluntas mittentis de obsignatione rerum legati, per legatum foederatae reipublicae praesumi possit.

Schol. Nuperrime noua publica de hac obsignatione per legatum tertiae reipublicae suppeditarunt specimen, dum in Aula Ottomannica demortui Russici legati Nepluef bona scriptaque obsignauerit Imperatoris Roman. in illa ipsa Aula residens legatus Penckler.

§. XIX.

Cum consensus verus, siue sit expressus siue

Obsignatio

publicae est subsidiaria.

tit. I. §. 16.) facile colliges *obsignationem rerum legati per legatum reipublicae foederatae factam tantummodo esse subsidiariam.*

§. XX.

Cautelae circa obsignationem rerum legati obseruandae.

Ex omnibus dictis fundata tibi concipies sequentia consilia.

I. *Consultum esse*, mittentem iussu suo de futura obsignatione rerum legati ipsum instruere legatum.

II. *Consultum esse*, legatum moribundum ipsum obsignare scripta legationis & de obsignatione reliquarum rerum quid agendum demandare iis, quae sunt ex sua familia.

III. *Consultum esse*, vt ii, qui mittenti speciali iuramento ad negotia peragenda non obstricti, obsignantes, v. g. vidua, heres legati, maioris fidei caussa adhibeant aliam personam publicam, vtut est, alterius reipublicae foederatae legatus, & notarius publicus.

IV. *Consultum esse*, vt legatus reipublicae foederatae obsignans adhibeat personas primarias de familia legati demortui.

Schol. Cum Iurisprudentia etiam sit consultatoria, nemo mihi vitio vertet, haec consilia adiecisse, quorum vlteriorem pertractationem circumscriptum & temporis & opusculi spatium prohibet.

§. XXI.

De obsignatione rerum legati in I. R. G. multae subortae sunt lites.

Omnium legatorum res obsignandi ius in Aula Imperatoris Rom. Germ. Aulae Mareschallus sibi vindicare solet, idemque ius in Comitiis Germanicis praesertim obsignationem rerum legatorum Statuum Imperii eorumque comitatus, tum magistratus ciuitatis, in qua

Impe-

Imperii noſtri diaetae celebrantur, tum Imperii Mareſchallatus ſibi vindicare voluerunt. Aſt quamuis lis inter Magiſtratum ac Imperii Mareſchallatum transactione ſpeciali arbitrali de 1614. finita ſit, infinitae tamen adſunt altercationes, cum mittentes tam Aulae Mareſchallo, quam magiſtratui ac Imperii Mareſchallatui hoc ius negent, denegent, abnegent.

Omnis haec propoſitio hiſtorica, teſtimoniis hiſtoricis roboranda. Quod obſignationem Aulae Mareſchalli attinet praetenſionis probationem, ac legatorum contradictionem publicis ex actis docuimus (§. VI. Schol. II. & §. VIII. Schol.) litis de obſignatione hac in Imperii diaetis hiſtoriam lautiori filo tractauit CARMON *de iurisdictione in legatos eorumque comites praeſertim ſtatuum S. R. I. in comitiis* §. 44-50. De eadem controuerſia loquitur PRESBEVTA, (ſub quo nomine *Henniges* latet,) *de Iure legatorum, ſtatuum Imperii*, TREVER *de iure ſtatuum imperii circa legatas exteros in comitiis*, KVLPIS *de legationibus ſtat. Imp.* LIMNAEVS *Iure Publ.* L. IX. c. 1. n. 67. *de* BERGER l. c. Praeprimis de huius litis hiſtoria agit *Repertorium Iuris Publ.* quod nupere praefatione *Illuſtr.* BVDERI prodiit ſub voce *Abgeſandter*, §. 24. his verbis: *Bey dem tödlichem Hintritt eines Reichstäglichem Abgeſandten iſt auch wegen der Verſiegelung einigemahl Streit entſtanden. Als 1710. der Chur-Braunſchweigiſche Geſandte, der Baron Limbach verſtarb, ließ der Sächſiſche Geſandte verſiegeln, der Zelliſche Geſandte aber wenig Tage darauf die Siegel*

ward diese Sache abermahl rege, als der Wolffenbüttelische Gesandte verstarb, und der Culmbachische als Curator der Withe niemand vom Ertz-Marschall-Amt ins Hauß lassen wolte. Es ist auch noch nicht ausgemacht, wem eigentlich das Versiegelungs-Recht zustehen solle.

§. XXII.

Conclusio. Cum iuris obsignandi in nostro Imp. Rom. G. investigatio peculiaria desideret principia, quae perlustranda ac evolvenda tam circumscriptum temporis spatium, quam aliae disuadent circumstantiae, eius pertractationem alio tempore ex nobis L. B. sis exspectaturus.

